



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum de scrutinij Præfectis eligendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

titate; iussu Illustris. Archiepiscopi editum est, ut ad Tabellæ Synodalis præscriptum, è sessionali loco abirent. Sessione ergo absolutâ, ex suggestu euangelatum est.

Ne quisquā ē loco ante discedat, quām Illustrissimus & Reuerendissimus Archiepiscopus è Synodo abierit: nec verò raptim, turbulenterve; sed grauiter, decoroque incelsu.

Capitula verò, & clerici Ecclesiarum Collegiarum, ut collegiatim conuenierunt, eodem ordine è Synodo discedant prælata Cruce: quo eodem modo redeant hora indicta.

Caucant deinceps omnes, quæcunque & Ecclesiastice disciplinae, & Synodalis actionis dignitati, & loci veneratio- ni minimè conuenient.

Continuatio primæ sessionis.

A Prædictio stata hora indicta, & sono media campanæ per sparium mediæ horæ significata, Illustrissimus Archiepiscopus cappa induens, & Reuerendissimus Clerico & Clero vniuerso Metropolitana ad Basilicam Metropolit. deductus est: ac primum vesperarum & complectorii officio perorato, cui inter fuit totus Clerus, & præcipue Canonici collegiarum, Illustriss. Archiepiscopus pluviale, & mitram pretiosam, & Capitulum pretiosa paramenta induerunt, & in sessionalem locum descenderunt: ibique stata oratione Adsumus, recitata, omnibus ordine confidentibus, ac silentio indicto, iussu Illustrissimi Archiepiscopi Cancellar. suggestum ascendit, & primò de Cleri vocatione, de scrutinio, de cathedralico, & de examinatoribus, & Iudicibus, ordine, & modo infra scripto actum est.

Instantia promotorū de clero vocando.

Illustriss. & Reuerendiss. Pater,
& Domine.

Sancitum est Conciliis generalibus, & præcipue Concilio Tridentino, ut omnes Ecclesiastici viri, qui de iure, vel cōsuetudine Synodo diœcesanæ que quotannis celebrabitur, etiam exempti, interesse debent si negligentes fuerint,

Pars III.

pœnas sacris canonibus sanctitas incur- rant: Quamobrem eos omnes ex sugge- stione publicè vocari; & successivè scrutiniū à patribus sapienter institutum ha- beri humiliter perimus; Ecclesiastico- que viros sanctæ disciplina eruditos eli- gi, qui scrutinio diligenter incumbant; & Parochos Cathedraticum iuræ dice- cesano debitum persoluere instamus.

Lectaque fuerunt decretā ut infra.

Decretum de scrutinio.

Scrutinium Synodale, à patribus sa- pienter atque ex utilitate Synodi in- titutum, iam aliquando intermissum, personis adiutrice diuina gratia ad usum cōsuetudinemy reuocatum, hodie cum solenni vocatione Cleri in continuatio ne sessionis pomeridianæ recte per eius- dē scrutinii præfectos agi decernimus, atque edicimus; ideo omnes & singulos, qui officii recitandi lege adstricti sunt, Breuiarium nuper editum, cum Calen- dario afferre, & exhibere iubemus.

Decretum de præfectis scrutinii eligendis.

Scrutinii Synodalis præfectos delige- mus venerabiles Sacerdotes, visita- tores nostros in urbe, pro ratione regio- num portarumve N. P. orien. N. visita- torem primæ regionis N. secundæ regio- nis &c. Qui pro sua quaque timorata, religiosaque conscientia, postpositis om- nibus humanis affectibus, in veritate, & sinceritate, & æquitate, iustitiaque, suo constituto loco scrutinij agant ad præ- scriptum Tabellæ de scrutinio Synoda- li, ad usum huius Synodi iussu nostro edi- ta, quam scrutinii præfectis distribui mandamus, ut & ipsi munera sui partes intelligant, & Clerus vniuersus de quo scrutinium agi constituimus, non in re- spondendo lolum, verum etiam in exe- quendo, se tales præstent, quales eos es- se scrutinij diligentis ratio depositit.

Decretum de Clero vocando.

Mox vocabuntur omnes & singuli, quicunque sint, qui huic Synodo

M diœ-